Arendatores, eorumque posteros: de sola Condemnatione poenae
Bannitionis perpetuae, ex instantia et Actoratu suis Agentes
in anterioribus Querellae officij praesentis Ternis, Ratione certarum
Contributionum publicarum tam agrariarum quam Lanealium
de Villis et Advocatijs ad Oeconomiam Samboriensem pertinentibus
Exactoratis Generosorum Alexandri Szeptycki, et Severini
Witkowski, aliorumque Sacrae Regiae Maiestatis ex praefata Oeco-
nomia Samboriensi collect. per praefatum olim perfidum
Zydek Wolfowicz Antecessorem praedictorum exactarum, seu potius
interceptarum, ac summam Duorum Millium Centum Qua-
draginta quinque florenorum polonicorum efficientium, per ipsos Agentes
proprio aere ad Thesaurum Regni exsolutarum, in huiusque non
restitutarum, processu causae Commissio se fusius obloquente: tum de pu-
blicatione eiusque poenae Bannitionis perpetuae, atque
rigore poenae Querat, emittit, dimittit, liberosque et absolutos
perpetuo pronuntiat. Salvo nihilominus eodem Negotio Princi-
pali pertinentiae eos deducendi: tum quoque in Casu non deductionis
amicabilis ad officium competens quotiescunque venerit recur-
su. Haec sua praesentis personali Recognitione ac promissa oia
mediante. * salvo

Ilnicki Jaworskim Donat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Hrehorius Ilnicki Czerncowicz
sanus mente et corpore existens, a Terris, Dictibus, Iuribus, Iurisdi-
ctionibus suis quibuscunque proprijs et competentibus recedens, praesentis
vero Castrensis Capitanealis Premysliensis Iurisdictioni, quo ad actum hunc
attinet, secum Successoribusque, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter

38

ac plenarie incorporando atq subijciendo, palam, libere, publice, ac perexpressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria et hae reditaria infrascripta, Videlicet Certam Sortem Kulikowska nazywana in bonis Villae Mielniczne, Terrae et Districtus praesentis Premisliensis iacentem et consistentem. Cum omni omnimodo eorum Iure, dominio, proprietate et haereditate, tituloq haereditario, Cumq omnibus et singulis bonorum eorumq Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis commodis obventionibus, attinentijsq et pertinentijs generaliter Universis Nihil ex promissis Iuris, dominij, proprietatis, haereditatis, ac cuiusuis competentiae et praerogativae, pro se Regnante, suisq Successoribus, aut quospiam allos reservando seu excipiendo, verum ita late, longe, circumferentialiterq, prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et extenditur, et prout eadem bona ipsemet Regnans tenuit habuit, et possidebat, ipsumq concernebant ac eius tempore serviebant, tam ex nunc et de facto Nobilibus Hrehorio et Iwano Iaworskiem Martyczom fratribus inter se germanis eorumq posteris dedit, donavit, inscripsit et resignavit, prout praesenti dat, donat, ac titulo mero, puro perpetuo, irrevocabiliterq donationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliterq. In quorum quidem bona suprascripta praesenti per se Regnantem donata, idem Recognoscens Nobilis Hrehorius Iwiczkiewicz Zerncowicz suprascriptis Nobilibus Hrehorio et Iwano Iaworskiem Martyczom donatarijs suis, et illorum Successoribus, tam ex nunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem, pacificamq possessionem, per Ministerialem quemcunque comparentem, et Nobiles duos die quacunq voluerit offerendam accipiendam. Per ipsos donatarios suos, illorumq posteros, haec eadem bona praesenti donata, cum universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, attinentijsq et pertinentijs generaliter Universis

tenendi, habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi, ad
suosq et suorum successorum quosuis beneplacitos usus fructusq libere
et effectualiter convertendi, perpetuis et aeternis temporibus.
Debetq et tenebitur mrq Recognoscens Ille Strahonius Ilnicki
Czerneowicz, qui se, ac suos successores, in et super bonis suis
gentibus omnibusq, summisq quibusuis pecuniis habitis et habendis
supradictis Illisq Strahonio et Iwano Iaworskim Martyczom
donatarys suis, inscribit et obligat praesentibus, ipsos et eorum successores
in dictis bonis donatis, et ratione eorundem omnium, ab omni, et
quavis impetitione iuridica quarumcunq personarum, cuiuscunq
conditionis, statusq et sexus cuiusuis existentium, ex quacunque successione
exorienda, per omnes processiones terrestres, quibus ad quamlibet personam
terris spectat et pertinet praescriptio, in omni Iudicio et
Officio Regni semper totiesq quoties opus fuerit tueri, defendere,
evincere, intercedere et liberare, indemnesq cum posteris reddere,
re, nec non hac eaq bona donata, ab omnibusq in genere Iuribus et
Inscriptionibus prioribus et posterioribus super bona praefata modo quovis
cuiuscunq personae factis et faciendis, eademq afficiendis, tum
etiam a quibusuis sortibus super eaq bona resignata modo
quovis importatis et importandis, Iuris delegg et pertinentibus
processibusq Iuris quibusuis, in quocunq puncto et gradu Iuris
dependendis, et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et
obtinendis, ac super praemissis omnibusq praesentibus resignatis producendis et
perducendis, emundare et liberare mundaq et libera semper
facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti
admissam, in fundo bonorum praefatorum praesentibus donatorum, dumque Illem
et Illes dicti officiose requiretur non denegare, imo debebit
et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter admittere darag
et admissa eaq possessionem et usumfructum praemissorum omnimodo
modo quovis tempore, quam per suas quasuis submissas et

subordinatas personas non spectare nec admittere, ipsosq Donatarios
suos, ac illorum Successores in praemissis omnibus praefatis resignatis
nullo modo iniuriari, ita ut haec eaq bona praefata donata, cum Uni-
versis eorum Utilitatibus et Usufructibus, attinentiisq et pertinen-
gentis Universis, iidem donatarii, sui cum posteris quiete et
pacifice praefati Inscriptionis donationis vigore tenere, habere et
possidere queant, illisq Utifrui possint perpetuis et aeternis
temporibus idq Sub Damnis Terris simpliciter absq Corporali
Iuramento taxand et edicend, per eundem Rgnem sui eius
Successores, praefatis Donatariis suis aut eorum posteris ob non
complementum praemissorum omnium et singulorum, tamen pro-
quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvend Succumbend
pro quibus quidem Damnis Terris simpliciter taxatis, modo prae-
misso ad solvend Succumbentis, ac pro re absq principali ex praemissis
non completa complend, Sicutq ex nunc prout ex tunc Recogns Nobilis
Hrehory Ilnicki Szemcowicz, sui ecg successores, ad instantiam
praefatorum Nlium Hrehory et Iwani Iaworskich Martyczow
donatariorum suorum vel eorum posterorum, ad Officium
praesens Castrense Capitaneale Premysliense, ex tunc re ex iusto
quo ad revisum spectat mediante, semper in primo Litoris
termino, tanquam peremptorio stare, iure parere, reddere
Damna praefacta Terrena simpliciter taxata luere, Inscriptioni
huic Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tene-
bitur, seq ac suos Successores, ad eaq omnia inscribit et
obligat praesentis, illum Terminum primum peremptorium, ubi
et alios omnes exinde consequend Causa eius Terminos
semper peremptorios vera infirmitate, praevaricatione, Minorenni
Successorum, Legione intra vel extra Regnum, Servitio militari
ad Munimenta ad Evictores, vel aliis quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietation

Praeterea Utraque partes coram Officio praefati Castren Capitaneatus Premislien Terminos Citationis sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia per pnis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus fatalibus Iuris, protestatione Terrae, bello, conventioneque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Itae sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Illustris ac M: Dux Radziwil atque G: Woiakowski Rbnt:

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren Capitaneat Premyslien Illustris et Magnificus Michael Casimirus Radziwil, Sacri Romani Imperij Princeps, Dux in Olyka et Nieswież, Comes in Szydłowiec, Mir et Krozy, Pro Cancellarius et Campiductor Magni Ducatus Lithuaniae, Liden, Premyslien Ostrensis, Człuchowien, Stryjicen, Niżinen, Camenecensis etc Capitaneus ab Una: et Generosus Ioannes Woiakowski, olim Generosi Gaspari Woiakowski, Iudicis Terrae Premyslien filius, parte ab altera: Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iudicijs suis quibuslibet proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castren Capitaneatus Premyslien Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie inscriptioni et obligationi atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet Illorum seorsim suo interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem Una pars alteri, ac posteris utriusque partis, se, ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniarijs habitis et habendis inscribunt et obligant praesenti: Intercisam certam inserere Recognitionis ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum: de actu et data illeg hic Premysliae die hodierna